Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 1817
Quelle:
Copyright:

VIII. *fol.* 133. Demonſtratio germanica: Concilium indictum a Lutheranis inique et ſine cauſſa rejici, hoc titulo: *Antzaigung wie vnbillich das auſsgeſchriben Concilium von dem Lutherthumb abgeſchlagen vnd gehindert würdt.* Adnotatur in fronte: Scriptum iſtud prodiiſſe *Wormatiae* 1545. in Comitiis *incerto autore*, tributum tamen ab aliis *Johanni Hofmeiſtero* Auguſtiniano, qui tunc concionibus habendis inclaruerat, ab aliis *Johanni Cochlaeo*, ab aliis demum, idque veriſimilius, *D. Conrado Bruno.* Initium eſt: *Es ſeind bis auf dieſen tag ettlich Jar hero vill vnd mancherlay ſchrifften auſsgangen von wegen ains Conciliumbs* &c. Acta in hanc rem narrat *V. L. Seckendorfius Comm. de Luther.* L. III. *Sect.* 31. §. 121.

IX. *fol.* 153. Scriptum, cui Titulus: *Vera et Salutaris Gubernatio Eccleſiæ Chriſti praecipue in his ſex membris conſiſtit* &c. Eſt Libellus a. 1545. a Theologis *Wittenbergenſibus* juſſu Electoris *Saxoniae* conceptus, calamum commodante *Phil. Melanchthone*, qui etiam poſt *Lutherum*, *Bugenhagium*, *Crucigerum* et *Majorem* ultimus ſubſcripſit, ut habes apud *Seckendorf. ſupracit.* §. 119. apud quem totus Libellus cum *var. Lect.* ex edit. *Pezeliana* a. 1600. depromtis occurrit, quocum noſtrum quoque Exemplar, ſi cui operae pretium videbitur, conferri poterit.

X. *fol.* 165. *Georgii Wicelii Libellus pro Concordia Eccleſiae repurgandae et reſtituendae*, *miſſus*, ut additur, *ad Comitia A. C.* 1555. Comitia haec *Auguſtae* celebrata ſunt; Libellus vero extat impreſſus *Helmſt.* 1650. 4.

XI. *fol.* 225. *Tractatus de Miſſa*, qui incipit: *Miſſę antiquitus iam inde ab ętate B. Ambroſij Latinis dictę ſunt, quę Grecis* συναξεις *uocantur* &c. Scriptum conciliatorium eſt, et fortaſſe *Georgii Caſſandri*; iisdem enim principiis innititur, eadem probat et improbat, quae in Viri hujus docti *Opuſculis liturgicis Pariſ.* 1616. f. ſimul editis aut probantur, aut improbantur.

XII. *fol.* 255. *Wolfgangi Haſchecker* Tractatus germ. ad *Ferdinandum* Rom. Regem de Caritate, Operibus Miſericordiae et reformatione *Hoſpitalis Viennenſis.* Incipit: *Vnſer Her Jeſus Criſtus vnnſer Haylmacher ſpricht Johannis am 15. ich pin Ein warer weinſtockh* &c.

XIII. *fol.* 267. Libellus *de Autoritate Confeſſionis Auguſtanae*, quae exploditur. Scriptus conjicitur poſt obitum *Caroli* V. incipitque: *Dominus noſter Jeſus Chriſtus diſcipulos ſuos, non quod eorum et populi ſententiam ignoraret, ſed quo nos doceret, interrogauit dicens. Quem dicunt homines* &c.

XIV. *fol.* 273. Απογραφον Annotationum manu *M. Weſſeli* adſcriptarum